

dat. **I**saias enim dicit de filio. percutiet ter-
ram virga oris sui. et spiritu labicorum suorum
interficiet impium. **¶** De quo et apostolus
ait. quem interficiet dominus ihesus spiritu
oris sui. quem etiam ipse vnice dei filius spiri-
tū oris sui esse significās. Post resurrectionē
suā insufflās ī discipulos ait. accipite spiritū
sanctū. De ore vero ipsius domini ihesu ait
iohannes ī apocalipsi quia gladius ex vtriusq;
parte acut⁹ procedebat. Ipse ergo spiritus
oris ei⁹. ipse est gladi⁹ qui de ore ei⁹ pcedit

Fermissime tene et nullaten⁹ dubites
trinitatē deum immensū esse virtute
nō mole. et omnē creaturā spiritālē at-
q; corporālē v̄tute ei⁹ ⁊ p̄sencia contineri. Di-
cit enī de⁹ pater. celū ⁊ terrā ego impleo. Di-
cit ecā de sapientia dei q̄ fili⁹ eius est. q̄a at-
tingit a fine vsq; ad finem fortiter et dispo-
nit omnia suauiter. De spiritu quoq; sancto
legimus. quia spiritus dei repleuit orbem ter-
rarum. **¶** Et dauid propheta dicit. Quo ibo
a spiritu tuo et a facie tua quo fugiā. Si ascē-
dero in celum tu illic es. et si descendero ad in-
fernum ades.